



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum  
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de  
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

**Albertus <de Padua>**

**VIme, 1480**

Dominica quarta aduentus. Sermo vi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30888**

## Sextus

magnificat. canticum zacharie. benedictus dominus deus israhel et  
canticum simonis. nunc dimittis seruum tuum domine. que non  
cantantur in ecclesia eo ordine quo sunt instituta Sed primo ca-  
tatur canticum zacharie in matutinalibus laudibus per quod erit  
perfecta redemptio et salus et in ipso canto redemptio nostra  
salus ponitur. Secundo cantatur in laudibus quia laudes i  
aurora dicuntur: Johannes autem baptista in cuius nativitate  
zacharias eccevit. se habet ad christum sicut aurora ad solem. ca-  
ticum autem virginis in vespere dicitur quia incarnatione christi  
ius laude canticum hic institutum fuit. facta fuit sexta etate mu-  
di in sexto mense a conceptione Johannis et sexta hora die. offi-  
cium autem vespertinum est totius temporis sextum officium. Ca-  
ticum simeonis dicitur in septimo die officio. scilicet ad com-  
pletorium. quia orat se dimitti in pace quod erit completis om-  
nibus officiis. Divina autem illa cantica dicimus stantes et non  
sedentes. quia euangelica sunt immo quidam fratres se signant  
ad inicium eorum sicut ad euangelium. quod fieri non oportet  
quia signum crucis promittitur euangelio ne infestatione demo-  
monis impediatur intelligentia doctrine euangelice. sed illa can-  
tica non causa instructionis. sed laudis instituta sunt. unde sufficit  
signum crucis impensum frontibus in principio horarum. ut ha-  
betur in historiis sanctorum et in summa de officiis. Rogemus  
ergo et cetera.

Prima pars.

## Dominica quarta adventus Sermo vi.

Uno quinto decimo iperii Tiberii cesaris p-  
curante pontio pilato iudeaz. Lu. 3. Quelis-  
bet natio et sui principatus consuevit descri-  
bere tempora sicut in libro Machabeorum po-  
nuntur tempora quando incepit regnum gre-  
corum. per se enim habent tempora regni p-  
sarum. egipci tempora regis egypiorum. ac si de singulis que-  
libet natio et gens habet historias et cronicas sue originis. Quo  
mam vero principatus ecclesie et nostre fidei incepit a predicati-  
one Johannis baptiste. Ideo beatus Lucas tempora sue predi-  
cationis in presenti euangelio nobis insinuat. Et duo tanguntur.  
Primum est multiplicis principatus descriptio. secundum est nouel-  
le fidei denunciatio ibi: et venit in omnem regionem. Circa  
primum quatuor tanguntur. scilicet universale mundi omnium  
divisum iudeorum regnum. pontificale et sacerdotium et prophetale  
officium describit enim nobis beatus Lucas quis dominabat to-

## Sermo

in mundo. qui presidebant genti iudeorum: qui erant principes sacerdotum quando iohannes predicare incepit. Tangit igitur triplex principatum que ut omnia clarus pateat ad expositionem littere: aliquid hinc historiam est dicendam. Scinditur igitur ut potest haberi a magistro in historia scola. quod primus romanorum imperator fuit Julius caesar. qui ideo caesar appellatus est dicit Isidorus. nono Ethici. Eo quod caesar mortuo matris utero eductus pro latusque fuerit. vel quia cum caesarie natus sit. ab hoc ceteri imperatores caesares appellati sunt. Secundus imperator fuit Octavianus augustus qui ideo augustus dicitur est. quia maxime rem publicam auxit et precepit in victoria contra anthoni et cleopatram et ab istis duobus primis imperatoribus ceteri omnes dicuntur caesares et augusti. Anno autem 42. istius octaviani christus natus est et post nativitatem christi impauit quindecim annis et mortuus est. 52. sui imperii cum christus quintum decimum ageret annus huic successit tertius imperator. scilicet tiberius caesar cuius imperium 15. anno: cum iam saluator esset trigesima annorum. Johannes baptista habens eandem etatem cepit predicare. iam enim erat coniugium etatis virilis temporis. ut christus mundo manifesta retur. et ut Iohannes predicare incepit. et hoc dicitur est ad declarationem principatus virginis salutis quod habetur in eo quod premititur: anno quinto decimo imperii tiberii: aprium nomen: caesaris: nomine dignitatis. Sed danda est intelligentia principum multorum qui preerant in gente iudeorum propter quod est sciendum quod herodes magnus filius antipatris ydumei cuius tempore natus fuit christus totius regni iudeorum monarchiaz tenet. hic autem quia plures uxores habuit. multos ex eis genuit filios iter quo sex fuerunt principaliores. scilicet alexander et aristobulus et antis pater et herodes antipas et archilaus et philippus. Sed quia ipse herodes tum occidit innocentes pueros multos orbauerat filios. ideo in propriis filiis iuste punitus est. nam tres ex illis scilicet Alexandrum Aristobolum et antipatrem iussit interfici. Cum autem alexander et aristobulus redissent de athenis a studio literarum postea uxoribus tradidit. iamque velut eruditus et uxorati descep tabant cum patre de regno. Quibus omnibus eidem declaravit pater per testamentum antipatrem regni successorum. illi vero perantes romam: eum ad iudicium imperatoris citari fecerunt: Sed facta tandem concordia redierunt ad patrem. antipater autem timens amittere successionem regni. Rursus constituit patrem in filios. acurans eos quod patricium machinarentur. obliquiter igitur pacem comprehensis filiis complices eorum iussit torqueat

## Sextus

et confessis habuit vera esse quod dicebat antipater. Vnde et filios iussit interfici scilicet Alexandrum et Aristobolum: Antipater autem propter hoc factus est populo graue odium. sed et ipse pater nimis eum amabat. Vnde herodes antipatris illi substituit in regnum. nolens quod regnum transiret ad filios antipatris. Procurauit igitur antipater venenum efficacissimum ut illud pater suumeret per ministrum quod cum cognouisset pater antipatrus coniecat in vincula. Inter haec autem laborat herodes magis infirmitibus. Quadaz autem die audiuit antipater de pallacio regis vel latuz plangentium quasi rex esset mortuus. exultauit autem valde et promisit custodibus carceris multa donaria. si eum abire possiterent: cuius exultationem cum pater cognouisset. grauerit accepit et missis pro spiculatoribus eum in carcere iussit interfici. herodes autem priore testamento mutato alterum condidit. In quo archilaum regem instituit successorem. ita tamen ut dyadema regni susciperet rome. illo vero mortuo herodes antipater qui in priori testamento succedere debebat. antipater et archilaus romam pperauerunt accusantes causas regis contra alterutrum philippum autem qui saepebat archilao: et ipse romani profectus est in auxilium eius. sperans cum hoc causa contentionis fratrum fungi regia dignitate. facta est itaque longa contradictione inter fratres. altero dicente: ultimum debere valere testamentum. altero vero allestante quod illud pater iam sensu deficiens instituerat. Tandem autem hinc et inde audiatis rationibus ex totius senatus consilio diffinitum est. ut regnum indeo in quatuor partes divideretur: Quare duas partes scilicet Iudea et Abilimia date sunt archilao promissumque est sibi regium nomen si bene rem ageret. reliquarum autem duarum parvula una heredi antipatri scilicet galilea. Altera vero philippo scilicet yturea utriusque sub nomine tradita est Tetrarchie. Tandem archilaus crebro accusatus apud cesarem cum nouem annis principatui presulisset tyrapice. Viennam in exiliu missus est et una pars principatus sui. scilicet iudea cepit procuratiomibus gubernari. altera vero sciz ablimia tradita est lisamie sub nomine tetrarchie. Istum vero lisamiam dicit Beda. magni herodis fuisse filium. licet Josephus dicat quod fuit nepos eius. natus ex alexandra sorore uxoris herodis. Hoc viso apparet sententia literae: procurante poncio pilato indeam: procurator non erat princeps ordinarius sed vicarius aut delegatus. hic est plusquam qui iudicauit christum ad mortem. C Tetrarcha at id est princeps quarte partis. nam tetrarcha est nomen grecum depositum et deinde a tetra quod est quatuor et archos principes. 4. p. 4.

## Sermo

princeps: galilee herode: scilicet antipa hic est ille herodes q̄ v̄c  
oem abstulit philipo fratri suo qui iussit iohannē baptistā de  
collari. quicq̄ illusit domino in passione veste alba induito: phi  
lippo autem fratre eius: scilicet herodis antipa: tetrarche. id est  
principis quarte partis: yturee et tracomitidis regiois. hic est  
ille philippus cuius v̄cem herodialem frater eius abstulerat:  
herodias autem fuit aristoboli filia. quam herodes magnus cuz  
alio fratre scilicet alexandro iusserrat interfici a lisania qui fuit fi  
lius vel nepos magni herodis lisania abiline sic dicitur regiois.  
tetrarcha. D Tercio videndum est de pontificali sacerdo  
cio. Scendum est autem: q̄ licet in principio unus solus fuerit  
summus sacerdos in gente indeorum tamen dauid volens am  
pliare cultum dei: constituit vigintiquatuor sacerdotes sūmū vigi  
tiquatuor familias que descenderant ab aaron quoꝝ quilibet ī  
sua septimana ministrabat. verum tamen omnib⁹ hūs sacerdoti  
bus preerat unus summus sacerdos Sed crescente habitatione  
qua quilibet ceteris cupiebat presesse. cepit summū sacerdotiū co  
parari a gentibus. et plures summi sacerdotes extunc sunt insi  
tuti. et hoc est quod dicit sub principibus sacerdotuz anna a ca  
ypha. Iste duo erant affinitate coniuncti. nā annas erat soer ca  
yphē. Tempore horum sacerdotum fuit domin⁹ crucifixus Quar  
to ponitur prophetale officium: factū est verbum domini Istud  
verbum fuit vt dicit glosa: vade et predica baptismum. sup Jo  
hannem qui interpretatur in quo est gratia. a vere ipse est in q̄  
gracia quoniam imposuit finem legi et annuncianuit graciā sal  
uatoris: zacharie filium: commendatur ab origine quatenus sibi  
conueniat illud Tho. secundo Benedictio sit tibi fili mi quia bo  
ni et optimi viri es filius: in deserto: Sic verbum dei factum est  
quondam super moysen: in deserto: vt habeatur Exo. tercō. ita  
sup Joh. Vnde Osee. 13. Ego inq̄ te cognoui in debto ī terra so  
lititudinis: E Circa istā primā p̄tem euāgeliī q̄nq̄ qurunt:  
Primo q̄re describūtur tpa p̄dicatiōis Jo. et dicendū q̄ p̄dicatiō  
eius fuit noue legis inicium et tanq̄ de re magna. conueniens  
erat scire tpa ei⁹. l̄ vt alii dicitū tūc iepit sexta etas. a iō debuit  
principiū a⁹ cognosci. vel q̄ mos fuit p̄phetaꝝ sue p̄pheticie de  
scribē tpa. a hic fuit plusq̄ p̄pheta. iō sue p̄dicatiōnis tpa desig  
nāt. Scđo q̄rit q̄re illa describunt tpa p̄ p̄ncipēz gētiū a gētiū  
cum ille non fuerit mos prophetarum. et dicendum q̄ hoc ī deo  
est. quia ipse erat omniuersalis et legis euangelice p̄eo īdeis  
et gentibus. alii vero prophete nō mittebantur ad gentes Sed  
Johannes. dictum est illud yslae quadragesimonono. Parum

## Sextus

est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus iacob et feces israel conuertendas et subiungit. Vedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usq; ad extremum terre. ¶ Tercio queritur quare in toto orbe unus tantum preerat. iudeis vero quatuor principes dominabantur. et dicitur sicut Grego. q; hoc ideo est: quia totus mundus ad veritatem fidei venturus erat. iudea vero proculpa perfidie dispergenda erat. omne enim regnum in seipsum divisum desolabitur, vel dicit q; hoc erat propter peccata iudeorum multitudo eum principum arguit iniquitate et maliciam hominum, unde hodie propter peccata nostra quasi quot sunt ciuitates tot sunt tiranni et principes. et ideo bene dictum est Propterea. 18. Propter peccata terre multi principes eius. Quarto queritur quare principatus gentilium preponitur principatu iudeorum et hoc dicit q; ideo quia gentilitas erat iudee preponenda. tunc enim ad impletum est illud commentatorum iudeis. Constituet te dominus in caudaz et non in caput. Deut. 18. ea. vel ideo quia principatus imperii nobilior erat principatu iudeorum. Quinto queritur quare descriptio sacerdotii ultimo ponitur. et dicendum q; quanto sacerdotes peiores sunt, tanto amplius contempnunt a deo q; ceteri homines. et ideo ultimo ponuntur. vel quia simoniacae sacerdotium usurpabant. vel vt ostenderetur q; finitum erat legale sacerdotium. ideo ultimo ponitur. Unde Dani. nono. deficiat hostia et sacrificium et in templo erit abhominatio. huc est abominationis simonie.

G

## Secunda pars.

Ecundo cum dicitur. Et venit in montem: tangitur noue legis annuntiatio. et quinq; facit Primo nam q; pons predicationis Iohannis locuz: et materia di tens: Et venit in omnem regionem iordanis: hec regio super iordanen silvestris est et saltuosa: atq; leonibus plena: predicans baptismum penitentie. id est predicatione sua inducens homines ad tales baptismum. Nota quia baptismus Iohannis erat penitentie. quia inducebat homines ad penitentiaz sicut tempus quadragesimale dicitur penitentie tempus vel q; ad penitendum est institutum. vel quia inducit ad penitentiam. aut quia penitentiam figurat. non enim baptismus ille peccata remittebat ex virtute sua. nisi penitentie virtus adesset. ex quo distinguitur a baptismo ecclesie i quo sacramenti virtute fit remissio peccatorum. ¶ Nota etiam q; cum baptismus Jo. disponeret homines ad suscipiendum christum. non baptizabantur eo nisi iudei quibus principaliter mittebatur christus milites

## Sermo

etiam non suscipiebant baptismum quia ipse instruende erant  
a viris. nec etiam infantes a usu rationis carentes baptizabantur  
quia non intelligebant misterium cuius cognoverat nescia. bap-  
tismus vero christi omnibus datur gentibus voluntib⁹ credere  
omni sexui et omni etati in remissionem peccatorum. hoc quod  
dicat in remissionem peccatorum non est referendum ad baptismum  
Iohannis sed ad primam que baptismo auertebatur. sola enim ipsa  
la p̄cta remittebat. **I.** Secundo confirmatur predicatio Ioh.  
prophete testimonio: Sicut scriptum est in libro prophetarum Isaiae p-  
phete. 40. c. quasi dicat. Ita predicabat Iohan: sicut scriptum est  
vox clamantis in deserto. Ibla. 58. ca. Clama ne cesses quasi tuba  
exalta vocem tuam. Nota quod illa vox fuit clara. suavis et terribilis:  
clara quidem fuit et non rauca: qualis est vox hereticorum. quam  
clare annunciat presentias christi. suavis fuit annuncians christum  
cundam amabilem. Vnde Cant. 2. ca. Sonet vox tua in auribus  
meis. vox enim tua dulcis. terribilis fuit illa vox in apprehensione  
et futurum denunciando iudicium cum dicebat. Genimia viperarum  
quis ostendit vobis fugere a ventura ira. et iterum ista securis posita  
est ad radicem arboris. et ideo dicit psal. de ista voce. Vox do-  
mini in virtute. vox domini in magnificencia. vox domini confri-  
gentis aeris. Sed quis est hodie predictor qui audiret vel per-  
uam reprehensionem inferre populo. effeminati facti sumus vox  
gracili. canes muti non valentes latrare. Omnes enim magis  
eligimus blandiciis occultare mendacium quam vox virili aperire  
peccata. **R.** Tercio ponitur Iohan. predicatio: parate vias  
domini: glo. super Marcum. Via inquit domini penitentia est per  
quam deus ad nos descendit et nos ad illum ascendimus. via  
est de qua Math. vnde decimo. per aliam viam reuersi sunt in re-  
gionem suam. Et nota quod licet illavia arcta sit. dedit tamen  
ad celestem patriam. Igitur parate viam domini: nihil aliud est  
quam parate vos ad penitentias. vnde 1. Regum. sedo capitulo. Prepa-  
re corda vestra domino et seruit illi soli. Et luc. tertio facite fru-  
ctus dignos patrem. Nota quod et quomodo necessaria est prima expecta-  
tibus christi nativitatem. Et ideo se debet quilibet preparare ad  
tante celebritatis reverentias. Rectas facite semitas: semita ut  
dicit Isido. est breue iter unde semita quasi semis iter. et nomine  
semite precepta legis euangelice possumus intelligere. quoniam  
per eam velut per semitas citro deuenimus ad patriam. rectas igitur  
debet facere semitas dei id est nosipso redificare in ipsis. ut  
non relietas eas vadamus per latam viam mundi que dicit ad  
mortem et per colles deuios. vnde Iudei. 5. c. Qui ingrediebantur



## Sextus

semitas ambulauerunt per colles deuios. et ideo cum psal. ora  
dum est. Dirige me in semitam mandatorum tuorum L  
Quarto ponitur future gracie denuntiatio. Omnis vallis imple-  
bitur et omnis mons et collis humiliabitur. Hoc autem duo-  
bus modis exponitur. Primo quod mystice. non enim vallis gen-  
tilitas et infirmitas mundi potest intelligi. nomine autem mon-  
tis iudei possunt intelligi. quia velut montes elati erant superbia  
originis ritu. separationis et scripture intelligentia. nomine ve-  
ro collis philosophi seculares intelliguntur gracia scientie inue-  
stigationis rei ergunt se super alios. Sed facta est mutatio dexter-  
e exensi. Omnis enim vallis. id est gentium populus et abie-  
cta mundi impleta est cognitione pescatores omnes et despici-  
tantam habuerunt diuinitatis cognitionem. quod nunc iudei aut  
philosophi ad illam valuerunt pertingere. unde Apk's. 1. Co-  
rinthi. ca. 11. Loquimur inquit dei sapientiaz in ministerio que  
ab eondita est quam nemo principium huic seculi cognovit:  
sed humiliati sunt montes et colles. quoniam confusi sunt iudei  
quia illum cruciferunt et abiicerunt a se. quem semper expediebat  
non enim eum cognoverunt. Vide Ila. 6. Excea cor populi  
huic. ut videntes non videant. confusi sunt et sapientes in sua  
perserutatione. dum virgo generat quod illi negant. dum verbum  
caro factum est. dum mortui resurgent res. sicut que reputant in  
possibilita. Vide. 1. Cor. ca. pmo. Stultam facit deus sapientiam  
huius seculi. Secundo nomine vallis humiles possunt intelligi:  
propter infirmitatem. fertilitatem et humilitatem. Vera namque  
humilitas se omnibus subiecit. omnes virtutes ex ea velut ra-  
dice habent originem unde fructificant humilitatem ymbre saluta-  
ris gracia: Isti autem humiles per aduentuz christi impletii sunt  
domini spiritussantati. Unde Ila. 42. c. Dedi spiritum super quae  
requiescit spiritus meus nisi super humilem et mansuetum: et  
humilem virginem salutans angelus. Ave inquit gratia plena  
et Mat. scđo caplo. Repleti sunt omnes spiritus sancto. mortales  
et colles sunt tiranni et principes mundi qui humiliati sunt sub  
iugo christi. Deinde ponitur alia utilitas aduentus christi. Et  
erunt prava: scilicet corda iudeorum et gentilium. corda enim  
iudeorum depravata erant avaricia et contumescencia. corda ve-  
ro gentilium quia relicto creatore impendebant creature diuini-  
tatis honorem. sed in aduentu christi hec corda facta sunt. indire  
cta: id est in corda directa mutata sunt. quoniam quidam iudeo-  
rum audierunt consilium Ila. 46. c. Redite fuanctores ad cor  
qr ad predicatorum aploz auerli sunt. ut habeat Mat. 6. c. Corda ec-

## Sermo

In deorum gentilium directa sunt. qz reliquias ydolis xpo ad hę serit et hodie quasi per totum mundum cessavit ydolatrie cultus. vñ Psal. 19 movebuntur simulachra egipci id est gentium a facie domini. et cor egipci tabescet: Et aspera in vias planas: aspera vocatur precepta legis antique. Lex enim illa habebat asperitatem timoris et contaminationis. sed illa asperitas mutata est in planitatem caritatis. quia amore quo nihil levius seruumus domino. Matheo. 11. c. Iugum meum suave est et onus meum leue. Quid qui ponitur manifestatio aduentus xp̄i: Et videbit: etiam corporali oculo: omnis caro: id est huius glo. iudeus et gentilis. vir et mulier. senex et puer: salutare dei. id est christum de quo ps. Notum fecit dominus salutare suum. Nota qz istud dei salutare in presenti vita non vidit omnis homo. sed veniet illa dies nonnulla in qua omnes eum videbimus qui fuimus ab adam usque ad nonnullum hominem. ut dicit glo. in hac vita omnis homo xpm videre non potuit sed in die iudicii in sede maiestatis et electi a reprobi pariter videbuntur. et iusti remunerentur et mali in eternum gemant. Regemus te.

## Dominica quarta aduentus. Sermo vii.

Uno quinto decimo iperii tiberii cesaris procuratore pontio pylato iudeam. Luc. 3. ca. Non habet dies presentis officii aliud euangelium ab eo qz hesterne die recitatum est: sed illud idem etiam hodie resumitur. et hoc forte iō sic ordinatum est quia heri in officio cum ordinatione ecclesie instituerentur ministri altaris ab episcopo illud euangeliū lectuz est. hodie vero in sa crisi ordinati sui ministerii officium eruntur et quoniam vita et doctrina euangelica qua ordinati sunt bene vivendo ministrare debent. ideo euangeliū quod in eorum ordinacione legitum est. etiam hodie cum primo ministrare incipiunt ad eorum instructionem repetitur. Alia forte causa est quia officium ordinationū licet fiat in sabbato ad diem tamen dominicum ordinatur. et ideo tarde ut circa vesperez finiatur debet inchoari. unde ex hoc etiam hodie hesterne repetitur euangeliū Tertia autem causa qz non potuit ep̄s loqui heri ad populum de euangeliō propter occupationē sacre ordinationis. ideo in hodiernū diem trāstulit eandem euangelicā lectionē. In exposicōe at huius euangeliū nihil propositum dicitur nisi qz die pr̄cedenti diuina nobis gratia reuelauit. a iō studio saz lectionē ad supiora transmittimus.

## In vigilia nativitatis xp̄i. Sermo octau?